



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Sacramentis in Genere, & duobus primis in specie

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1665**

Concl. II. Nulla fides aut bonitas ministri requiritur ad valorem Sacramenti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73340)



cum suo vero corpore comparuisse, totiesque repetito miraculo resurrexisse, & iterum mortuum fuisse. Quare credibilis est, animam solam cum corpore aëreo adfuisse; quemadmodum Angelus in corpore assumpto communicavit S. Bonaventuram, per specialem potestatem sibi à Deo ad illum actum concessam.

19.

Status hominis viatoris est qualitas essentialis ministri ordinarij Sacramentorum.

Igitur, ut transeamus ad alia, quæ sunt majoris utilitatis, status hominis viatoris est qualitas essentialis ministri ordinarij Sacramentorum novæ Legis, quæ tamen extraordinariè sive ab Angelis, sive ab animabus separatis, aut hominibus beatis validè administrantur; quemadmodum ordinarij minister Sacramenti Confirmationis est solus Episcopus, extraordinarij autem ex speciali commissione Pontificis simplex Sacerdos.

Sed cum hæc factis consent, major olim fuit in Ecclesia controversia propter Cyprianum & alios Patres Africanos, qui putabant Baptismum ab hæreticis collatum irritum esse, an similiter bonitas aut fides ministri sit conditio essentialiter requisita ad valorem Sacramenti? Modò inter Catholicos summa est consensus; enimverò omnes unanimiter docent, quòd

## CONCLUSIO II.

Nulla fides aut bonitas ministri requiritur ad valorem Sacramenti.

20. Conclusio est definita à Tridentino.

Ita novissimè definiuit Concil. Trident. sess. 7. can. 12. de Sacramentis in genere: Si quis dixerit ministrum in peccato mortali existentem, modò omnia essentialia, quæ ad Sacramentum consiciendum aut conferendum pertinent, servaverit, non conficere aut conferre Sacramentum; anathema sit. Et de Baptismo can. 4. Si quis dixerit, Baptismum, qui etiam datur ab hæreticis in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti, cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, non esse verum Baptismum, anathema sit.

ante docuerat Florentinum.

Idem priùs docuerat Concil. Florent. in decreto Unionis agens de ministro Baptismi: Minister (inquit) huius Sacramenti &c. In causa autem necessitatis non solum Sacerdos vel Diaconus, sed etiam Laicus & mulier, imò etiam paganus & hæreticus baptizare potest, dummodò formam servet Ecclesie &c.

21. Contrarius error fuit Joannis Wiclef.

Contrarium errorem defendit Joannes Wiclef, cujus articulus 4. à Concil. Constantiensi sess. 8. damnatus talis erat: Si

Episcopus vel Sacerdos est in peccato mortali, non ordinat, non conficit, non consecrat, non baptizat.

Olim etiam D. Cyprianus, secutus Agrippinum prædecessorem suum in Episcopatu Carthaginensi, cum multis Africa Episcopis constanter asseruit, & suâ eloquentiâ ac eruditione acerrimè propugnavit invaliditatem Baptismi collati ab hæreticis, obfistente sibi Stephano Papa cum universali Ecclesia; quo factum est, ut cæteri tandem Africani Episcopi suum errorem retractaverint, teste D. Hier. dialogo contra Luciferianos.

Cyprianum quoque se ante mortem correxisse docet Aug. epist. 48. ibi: Cyprianus autem sensisse aliter de Baptismo, quam forma & consuetudo habebat Ecclesia, non in canonicis, sed in suis, & in Concilij literis invenitur. Correxisse autem istam sententiam non invenitur: non incongruenter tamen de tali viro existimandum est, quòd correxerit, & suppressum sit ab eis, qui hoc errore nimium delectati sunt, & tanto velut patrocinio cavere voluerunt.

Et lib. unico de Baptismo c. 13. ibi: Sic etiam in martyre gloriosissimo Cypriano si apud hæreticos vel schismaticos datum Christi Baptismum volebat agnoscere, dum eos nimium detestaretur, quos à Catholica unitate, quam multum dilexit, separatos dolebat, tanta eius merita usque ad triumphum martyrij consecuta sunt, ut & charitatis quæ exercebat luce, illa obumbratio fugeretur, & ut sacramentum fructuosum fieret fructuosius, si quid habebat purgandum, si nullà re alia, certe passionis salce ultimâ tolleretur.

Rationem à priori Catholica veritatis assignat Doctor Subtilis 4. d. 5. q. 1. n. 4. Veritas (inquit) questionis patet ex auctoritatibus multis, quòd quacumque malitiâ minister sit malus, sive hæresis, sive schismatis, sive morum, salvâ unitate Ecclesie, si intendit facere quod facit Ecclesia, & servet modum Ecclesie, verè confert Baptismum; & talis Baptismus verè habet effectum in baptizato non obstante malitiâ ministri, nisi obstat malitiâ suscipientis in hoc quòd recipit à tali ministro. Veritas autem istius solutionis non habet nisi rationem unam propter quod, scilicet quia ita placuit Christo institueri, ut malitiâ ministri non impediret Sacramentum, nec eius effectum. Hæc Scotus.

Porro hoc beneplacitum Christi probatur maximè ex perpetua & constanti traditione Ecclesie, quam contra Cyprianum urfit Stephanus Papa, de qua D. Augustinus lib. 2. de Baptismo c. 7. ita scribit: Nolite ergo nobis auctoritatem objicere Cypriani ad Baptismi repetitionem, sed tenete nobiscum exemplum Cypriani ad unitatis conservationem.

D. Cyprianus propagavit irregularitatem Baptismi collati ab hæreticis.

Qui tamen ante mortem se correxit.

22. Conclusio nis ratio à priori, ex Scoto.

23. Beneplacitum Christi ut malitiâ ministri non impediret Sacramentum, probatur maximè ex perpetua traditione Ecclesie. De qua Augustinus.



Sec. 7. De Ministro Sacrament. Concl. 2. 147

Nondum enim erat diligenter illa Baptismi qua-  
sio pertractata, sed tamen saluberrimam con-  
suetudinem tenebat Ecclesia, in ipsis quoque  
schismaticis & haereticis corrigere quod pravam  
est, non iterare quod datum est; sanare  
quod vulneratum est, non curare quod sanum  
est. Quam consuetudinem credo ex Apostolica  
traditione venientem, sicut multa non invenien-  
tur in litteris eorum, neque in Concilijs poste-  
riorum; & tamen quia per universam custo-  
diuntur Ecclesiam, non nisi ab ipsis tradita  
& commendata leguntur. Hanc ergo salu-  
berimam consuetudinem per Agrippinum pra-  
decesorem suum dicit S. Cyprianus quasi ce-  
pisse corrigi. Sed sicut diligentius inquisita ve-  
ritas docuit, quae post magnos dubitationis flu-  
ctus ad plenarj Concilij confirmationem perdu-  
cta est, verius creditur per Agrippinum cor-  
rumpi cepisse, non corrigi. Hucusque Di-  
vius Augustinus qui ex professo in libris  
de Baptismo contra Donatistas, qui erro-  
rem Cypriani resuscitaverant, eum refel-  
lit, multis auctoritatibus & rationibus  
ostendens extra verum Ecclesiam validum  
conferri Baptismum.

Sacramentorum) non posset conferri nisi à  
bono, non esset in magnum remedium viatoris,  
sed quasi communitè in detrimentum; cum enim  
nullus possit esse certus de bonitate propria, mul-  
to magis nec de bonitate alterius: ergo si ex bo-  
nitate ministri dependeret Baptismus, nunquam  
posset aliquis esse certus se verè recepisse Baptis-  
mum; quod est inconveniens.

Et si obijcias, quod nec modo potest esse cer-  
tus, quia nescit dispositionem suam propriam,  
hoc non obstat; quia satis potest nosse certitu-  
dinaliter, sicut requiritur certitudo, quod ipse  
intendit recipere Baptismum, & hoc suffi-  
ciet ex parte eius. Si dicat, quod non potest esse  
certus de intentione ministri, hoc non obstat: quia  
probabiliter praesumi potest, quod ministri talem  
actum exercentes, intendant facere illud, ad  
quod actus secundum se ordinatus est: sed non ita  
posset haberi certitudo de bonitate vel sanctitate  
ministri.

Hanc rationem indicat D. August. lib. 1.  
contra litteras Petiliani c. 3. ibi: Ergo ba-  
ptizantur à bonis ut possint fidem percipere, non  
reatum. Sed quomodo & de istis securi erunt, si  
conscientia dantis attenditur, quae latet oculis  
accepturi? Ita secundum eorum sententiam sic sa-  
lus illa spiritalis incerta, dum contra Scripturas  
Sanctas, quae dicunt: Bonum est considerare in Do-  
mino, quam considerare in homine (Psal. 117.)  
& : Maledictus omnis, qui spem suam ponit in ho-  
mine (Jere. 17.) spem baptizantium auferunt  
à Domino Deo, & in homine ponendam esse per-  
suadent.

Nec satisfacit quod aliqui haeretici re-  
spondent, solos publicos infideles vel ma-  
los invalidè Sacramenta administrare: nam  
eadem est ratio de publico & privato, si  
malitia per se nocet; & saepe qui coram ho-  
minibus malus est, coram Deo bonus est.  
Cur ergo ille cum bona conscientia non va-  
lidè ministraret? Et cur qui bonus habetur,  
& interim reverà malus est, non ministra-  
ret invalidè?

Accedit, quod Sacramenta habeant va-  
lorem ex meritis Christi, & ex opere ope-  
rato. Cur ergo malitia applicantis officeret?  
Nam neque qui plantat est aliquid, neque qui  
rigat, sed qui incrementum dat Deus 1. Cor. 3.  
v. 7. Qui etiam in omni Sacramentorum  
collatione est principaliter operans, teste  
D. Aug. tract. 6. in Joan. ante medium, ibi:  
Quid ergo per columbam dicitur, ne mendax po-  
stera inveniretur, quod avertat à nobis Deus opi-  
nari, nisi quamdam proprietatem in Christo talem  
sunturam, ut quamvis multi ministri baptizaturi  
essent, sive iusti, sive iniusti, non tribueretur sancti-  
tas Baptismi nisi illi, super quem descendit columba,  
de quo dictum est: Hic est, qui baptizat in Spiritu  
Sancto. Petrus baptizet; Hic est, qui baptizat.

24.  
Qui & con-  
suetudinem  
luculenter  
docuit.

Eandem veritatem plurimis alijs locis  
luculenter docuit, praesertim tract. 5. in  
Joannem ante medium, ibi: Baptisma rate  
est, qualis est ille, in cuius potestate datur:  
non qualis est ille, per cuius ministerium datur.  
Et paulò post medium: Non exhorreat  
columba ministerium malorum, respiciat Do-  
mini potestatem. Quid tibi facit malus minister,  
ubi bonus est Dominus? Et circa finem ex illo  
Joannis 4. versu 21. Quamquam Iesus non  
baptizaret, sed discipuli eius, colligit. Judam  
validè baptizasse, cum ab eo baptizati non  
sint iterum baptizati; & addit: Non timeo  
adulterum, non ebriosum, non homicidam, quia  
columbam atterdo, per quam mihi dicitur: hic  
est qui baptizat.

Rursus lib. de unico Baptismo cap. 11.  
Profusus (inquit) fieri potest, ut aliqui verum  
habeant Baptismum, & non habeant veram fi-  
dem. Quod probat à simili: Sicut fieri po-  
test, ut habeant verum Evangelium, quod non  
rectè intelligendo, falsi aliquid credant de Deo.  
Numquid propter ipsam fidei falsitatem, etiam  
Evangelium, quod verum apud ipsos invenitur,  
desertandum aut emendandum putabimus? Plura  
testimonia vide apud Magistrum 4. dist.  
5. lit. A. haec sufficiant in re clara & ab  
omnibus Catholicis (ut dictum est) ad-  
missa.

Solum adverto cum Scoto supra n. 4.  
quod ita fuerit Baptismus instituendus,  
plures esse rationes congruentiae. Praecipua  
sumitur ex fine: Quia (inquit Doctor n.  
5.) si Baptismus (eadem est ratio aliorum

25.  
Congruen-  
tie talis in-  
stitutionis;  
ut non no-  
ceat malitia  
ministri, ex  
Scoto.

S. August.

26.

Non satisfacit  
faciunt haer-  
etici, dis-  
centes solos  
publicos in-  
fideles vel  
malos inva-  
lide Sacra-  
menta ad-  
ministrare.

27.

Malitia ap-  
plicantis  
non officit,  
cum Sacra-  
menta ha-  
beant suam  
valorem ex  
meritis  
Christi.  
1. Corin. 3.  
S. August.



Paulus baptizat; Hic est, qui baptizat. *In-*  
*das baptizat; Hic est, qui baptizat. Ut sicut*  
*illa determinatio sua ( inquit Scotus supra n.*  
*4. ) quã tribuit signo esse certum signum, est*  
*ab ipso immediate omnino & primo; ita & as-*  
*sistentia consequens illam determinationem ad co-*  
*operandum sit immediate ab ipso, id est, ex de-*  
*terminatione voluntatis suã; præcedente*  
*omnem conditionem ministri.*

Omnino quippe iniustum est (ait idem Do-  
ctor n. 5.) alterum pro iniquitate alterius pun-  
iri, quando ille alter nullo modo communicat  
iniquitati illius, ita ut possit sibi imputari; sed  
ille baptizandus disponit se ad gratiam quantum  
potest: si ergo malitia ministri impediret, ille  
puniretur propter culpam alienam, nullo modo  
sibi imputandam. Apposuit D. Chryso-  
stomus Homiliã 85. in Joannem sub finem:  
Sacerdos & linguam & manus præbet: neque  
enim iustum est propter alius malitiam ad salutis  
nostre symbola fide accedentes, offendi.

Et tantum abest, ut sit contra honorem  
Dei & Sacramentorum, quod valide ad-  
ministrantur à malis & infidelibus mini-  
stris, ut per hoc Dei bonitas magis eluce-  
scat, qui malis bene utitur; & Sacramen-  
torum efficacia, quam habent à principali  
auctore, magis commendetur.

Audi verba Christi Math. 7. v. 22. &  
23. Multi dixerunt mihi in illa die: Domine, Do-  
mine, nonne in nomine tuo prophetavimus, &  
in nomine tuo demonia eiecimus, & in nomine  
tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor  
illis: Quia nunquam novi vos; discedite a me,  
qui operamini iniquitatem. Et indignum pu-  
tabimus Deo & Sacramentis ab ipso insti-  
tutis, si ea causaverint gratiam sanctifican-  
tem collata à malis ministris? Circumci-  
sio Samaritanorum hominum infidelium  
(juxta August. lib. 2. contra Cresc. c. 31.)  
valebat: & non magis existimabimus Ba-  
ptismum valere, qui applicat merita Christi  
jam exhibita, cum circumcisio solum ap-  
plicaret exhibenda? Hactenus conclusio-  
nem probavimus, nunc respondeamus ob-  
jectionibus in contrarium.

Et primò quidem occurrit ratio S. Cy-  
priani, scilicet: Quod quis non habet,  
non potest dare; infideles & peccatores  
non habent Spiritum Sanctum sive gra-  
tiam sanctificantem; ergo non possunt eam  
dare.

Confirmatur primò ex illo Eccli. 34.  
v. 4. Ab immundo quid mundabitur? Secun-  
dò ex eodem cap. v. 30. Qui baptizatur à  
mortuo, quid proficit lavatio illius? Tertio  
Psal. 140. v. 5. dicitur: Oleum autem pec-  
catoris non impinguet caput meum. Quarto  
Deus Malachia 2. versu 2. minatur malis

Sacerdotibus, dicens: Maledicam benedi-  
tionibus vestris. Denique Math. 7. v. 18. *Math. 7.*  
ipsa veritas Christus attestatur: Non potest  
arbor bona malos fructus facere; neque arbor  
mala bonos fructus facere.

Respondeo ad rationem Sancti Cypria-  
ni cum Scoto supra n. 6. in fine: Baptizans  
non dat gratiam, sed Sacramentum, & illud  
habet in virtute, quia habet Ordinem. 30.  
Responde-  
tur cum  
Scoto,

Etenim consentimus ( inquit D. August. *Et D. Augu-  
lib. 5. de Baptismo, c. 22. )* Cypriano, ha-  
reticos remissionem dare non posse; Baptisma au-  
tem dare posse; quod quidem illis & dantibus &  
malà fide accipientibus valeat ad perniciem  
tanquam tanto munere Dei male utentibus: sicut  
etiam maligni & irridi, quos & intus esse testat-  
ur, remissionem peccatorum dare non possunt,  
cum eos Baptismum posse dare omnes sciamur.  
Siquidem ( ut idem S. Doctor ibidem  
cap. 21. ait ) Sacramentum gratia dat Deus  
per malos; ipsam verò gratiam non nisi per se  
ipsum vel per Sanctos suos; & ideo remissionem  
peccatorum vel per se ipsum facit vel per illius co-  
lumba membra, quibus ait: Si cui dimiseritis,  
dimittentur.

Remissionem ergo peccatorum non dant  
mali sive intus sive foris, sed applicant in-  
strumenta, quibus infallibiliter afflatur Spi-  
ritus Sanctus, qui per se ipsum abluit con-  
scientiam. Sic quippe medicus infirmus  
per sua pharmaca potest mederi. 31.  
Scoti,

Et quamvis per unam partem corporis  
humani non possit vita derivari ad alteram,  
nisi illa pars derivans prius vivat eadem vi-  
tà: attamen non est sic (ait Scotus supra) in  
corpore mystico; quod est Ecclesia; quia non est  
in eis una vita numero: nec oportet, quod illud  
membrum, quod ministerialiter dat vitam al-  
teri, sit propinquius principio vite in participando  
vitam, sed tantum in gradu ministrandi. Porro  
in toto corpore humano vita una est omnium par-  
tium, & participatur ab eis ordine quodam, quia  
primò in corde, secundo in alijs, secundum quod  
propinquius se habent ad illud principium vite.

Accedit virtutem cordis humani esse fi-  
nitam, Dei autem infinitam; quæ etiam  
per mortuos potest vivificare Figuram ha-  
bes Joan. 6. ubi Christus per lutum cæcum  
illuminavit, quod aptius est ad excæcan-  
dum; & Elizeus 2. Reg. 13. mortuus sus-  
citavit alium.

Ad primam confirmationem dico, Scrip-  
turam debere intelligi de immundo quã  
tal. Unde subdit: Et à mendace quid verum  
diceretur? scilicet ut mendax est & pater menda-  
cij, coactus dixit verum: Scio qui scis, San-  
ctus Dei Mar. 1. v. 27. Et quid vetat immun-  
dum per aquas mundas alium mundare? 32.  
Respon-  
dit ad primam  
confirma-  
tionem,  
Mar. 1.

28.  
Non est  
contra ho-  
norem Dei  
& Sacramen-  
torum, quod  
valide ad-  
ministrantur  
à malis,

Math. 7.

S. Aug.

29.  
Objectioni  
S. Cypriani.

Confirmat  
ex Ecclie-  
siastico &  
alijs Scrip-  
turis.

Psal. 140.

Malach. 2.

Ad



33.  
Responsio  
ad locand.

Ad secundam confirmationem Respon-  
deo per Baptismum intelligi legalem, non  
autem Baptismum Christi; & illud à mortuo  
non significat habitudinem causæ, sed ad  
terminum à quo. Unde vulgata lectio ha-  
bet: *Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit  
eum, quid proficit lavatio eius?*

S. Aug.

Ceteroquin, retentâ illâ lectione Do-  
natistarum, attendite quid dicat D. Aug.  
lib. 2. contra Cresconium cap. 27. *Mortuos  
(inquit) intelligamus, sicut dixi, in quorum  
nomine Baptizantur idolorum cultores, ut ab illo  
quemque intelligas baptizatum, in cuius nomine  
se credit esse mundatum. Ita enim & illic nullus  
excipitur, nullus quippe mortuus Deus pagano-  
rum mundare potest credentes in se. Si autem hoc  
loco omnem hominem peccatorem intellexeris  
mortuum, tanta, qua non vis, te sequentur, ut  
ipse quemadmodum vivas invenire non possis, di-  
cente Ioanne: Si dixerimus quia peccatum  
non habemus, nos ipsos decipimus, & veri-  
tas in nobis non est: ita ut omnino non in-  
venias hominem, à quo baptizetur, si omnem  
peccatorem devitare volueris. Quamquam si  
profus mortuum non intelligeres nisi hereticum  
vel schismaticum, ut quisquis apud eos baptizatur  
à mortuo, quid ei prodest lavatio eius: quod  
vides tam precipiti presumptione sic accipitur,  
ac si dictum sit, qui baptizatur ab heretico vel  
schismatico, nec sic contra nos esset, qui fatentur  
nihil prodesse homini Baptismum Christi, si apud  
hereticos vel schismaticos baptizetur, eis ipsis  
tribuens Baptismum, quo baptizatur, sed tunc  
ei prodesse incipere cum transit ad Corpus Chri-  
sti, quod est Ecclesia Dei vivi. Tunc enim sub eo-  
dem Baptismo, quod & foris Christi erat, sed  
foris posito nihil proderat mundato, proderit ab eo  
(scilicet Christo) cuius membris insertus est.  
Quasi diceret; qui ab impijs baptizatur, non  
à mortuo, sed à Christo habet, quoddam Bap-  
tismus ei prodest.*

34.  
Responsio  
ad tertiam  
ex D. Au-  
gustino.

Ad tertiam confirmationem Respondeo  
ex eodem Aug. eodem loco: *Fuge (inquit)  
frater ab insano intellectu ad sanum, ut in hoc  
testimonio de oleo peccatoris, sicut superiora eius-  
dem psalmi verba præscribunt (utique hæc:  
Corripiet me iustus in misericordia & increpabit  
me) blandam lenitudinem & fallaciam adulatoris  
intelligas. Ita enim & nullus erit exceptus, &  
non impiget in angustias insuperabiles malus  
baptizator occultus. Igitur Sacramentum non  
est oleum peccatoris, quod in psalmo ponitur,  
sed est oleum Dei; non enim eorum meritis à  
quibus ministratur; nec eorum, quibus mini-  
stratur, constat Sacramentum; sed propriâ  
sanctitate atque veritate propter eum, à quo in-  
stitutum est, male utentibus ad perniciem, bene  
utentibus ad salutem. Ita Aug. de Baptismo  
lib. 4. contra Cresc. cap. 16.*

Ad quartam confirmationem patet ex  
contextu, benedictiones ibi significare  
abundantiam temporalium; immediate  
quippe præcedit: *Mittam in vos egestatem.*

Ad quartam

35.  
Ad ultimam

Ad ultimam confirmationem dico; Sa-  
cramentum non esse fructum ministri, sed  
Dei instituentis, quemadmodum & gratia  
sanctificans fructus Dei & Sacramenti, non  
autem ministri, ut ex dictis liquidò constat.  
Cæterum per arborem malam intelligit  
Christus hereticos & falsos Doctores, &  
solum docet ex eorum doctrina non posse  
nasci bonos fructus, hoc est, per eam mo-  
res non posse corrigi, sed perverti; & ita  
eorum opera pro maxima parte esse mala;  
& si quæ bona sint, illa non provenire ex  
illa doctrina; sed aliunde.

Pro solutione plurimarum aliarum ob-  
jectionum, quæ desumuntur ex varijs Ca-  
nonibus juris, notandum est SS. Patres ple-  
rumque agere de valore Sacramentorum  
quoad effectum gratiæ, & docere, quòd  
illi, qui scienter & sine iusta causa Sacramen-  
ta ab hereticis suscipiunt, potius polluantur,  
quàm sanctificentur, ut loquitur D.  
Amb. libro de ijs qui mysterijs initiantur  
cap. 4. circa medium: *Est (inquit) in aliqui-  
bus aqua mendax, non sanat Baptismus per-  
fidorum, non mundat, sed polluit. Utrique non  
defectu Sacramenti, sed dispositionis; quia  
accedunt cum peccato, scienter communica-  
ntes cum hereticis, maxime in rebus  
sacris.*

36.

Notandum  
SS. Patres  
plerumque  
agere de va-  
lore Sacra-  
mentorum  
quoad effe-  
ctum gratiæ

S. Amb.

*Ad primum (inquit Doctor subtilis supra)*  
dico, quòd aut hereticus baptizatur parvulum in  
forma & intentione Ecclesie, & nihil obest par-  
vulo, nec quantum ad salutem, nec quantum ad  
effectum. Aut baptizatur adultum, & adhuc con-  
fert sibi Sacramentum & effectum eius, si in  
adulto non est aliquis malus motus, puta assen-  
sus in heresim baptizantis, vel intentio ut fiat  
discipulus eius: & de tali intelligenda est aucto-  
ritas Ambrosii.

Secundus

Si verò aliquando agant de nullitate Sa-  
cramentorum quoad substantiam, vel agunt  
de ijs hereticis, qui materiam & formam  
mutabant, aut significant hoc esse timen-  
dum, ubi est erronea doctrina, uti sæpe  
experientia docet, etiam in nostri tempo-  
ris hereticis.

Notandum  
secundò,

Notandum præterea Canones Decreti  
non esse majoris auctoritatis, quàm con-  
ditor eorum. Sæpe etiam Ordinationem  
aliquam dici irritam à jure Canonico; quia  
ordinatus suspenditur ab usu, executione  
Ordinis validè suscepti, vel certè quia Or-  
dinatio est illicita.

Notandum  
tertiò cano-  
nes decreti  
non esse  
majoris au-  
toritatis,  
quàm con-  
ditor eorum

Ex his facile est respondere ad ea, quæ  
in particulari ab aliquibus obijciuntur. Sunt  
autem obijciuntur.

Responsio  
ad ea quæ in  
particulari  
ab aliquibus  
obijciuntur.



Canon. 46.  
2. Cr. 6.

autem : Primò Canon 46. Apostolorum :  
Episcopum aut presbyterum hereticorum susci-  
pientem Baptisma damnari precipimus. Respon-  
deo, qui admittit hereticos ad baptizan-  
dum; pro ratione enim subiicitur: *Quæ enim  
convento Christi ad Belial? aut quæ pars fidei  
cum infidelis?* 2. Cor. 6. v. 15.

2. Cr. 6.

38.  
Objectio se-  
cunda ex  
canone 47.

Obijcitur secundò Canon 67. ibi : *Qui  
enim à talibus (hereticis) baptizati aut ordi-  
nati sunt, hi nec fideles, nec clerici esse possunt.*  
Respondeo ab ijs, qui non utuntur de-  
bità formà. Dicunt hîc aliqui non esse va-  
lidum argumentum ex Canonibus Aposto-  
lorum, quia ab hereticis quidam apposti  
& magna controversia de eorum origine  
& numero.

39.  
Objectio ter-  
tia ex di-  
stinct. 19.  
Cap. 19.

Tertiò, Dist. 19. cap. 19. dicitur Ana-  
stasius Pontifex nutu divino percussus, quia  
voluit occultè revocare Acacium hereti-  
cum, ibi: *Et quia voluit occultè revocare Aca-  
cium, & non potuit, nutu divino percussus est.*  
Adde: Et quia approbavit Sacramenta ab  
ipso collata, ut patet ex cap. præcedenti;  
ibi: *Secundùm Ecclesia Catholica consuetudinem  
sacratissimum serenitatis tue pectus agnoscat,  
quòd nullum de his, quos baptizavit Acacius,  
vel quos Sacerdotes sive Levitas secundum Cano-  
nes ordinavit, ulla ex nomine Acacij portio lesio-  
nis attingat, quo forsitan per iniquum tradita  
Sacramenti gratia minus firma videatur.* Ita  
Anastasio II. ad Anastasium Augustum  
Epist. 1. cap. 7. & 8.

Quod ibidem probat 6. rationibus quas  
ita perstringo verbis Glosse. Prima est, quia  
in Sacramentis virtus Christi operatur, quæ  
omnem maculam repellit. Secunda est de  
radijs solis, qui etsi transeant per loca fa-  
tida, tamen non coinquinant. Tertia est de  
Juda, qui licet malus fuisset, multa tamen  
fecit, quæ rata sunt habita. Quarta est de  
auctoritate Domini; qui præcepit verba  
Scribarum & Phariseorum servanda & im-  
plenda. Quinta ratio est; quòd omne bo-  
num à quocumque fiat, fit à Deo. Sexta  
denique est, quia in Sacramentis non est  
attendendum qualis vel quis conferat, sed quid  
conferat; quia incrementum solus Deus  
præbet.

Ecce compendium eorum, quæ latius  
hâc conclusione deduximus. Non est autem  
verisimilè Pontificem propter illam sen-  
tentiam, quæ est veritas Catholica, à Deo  
punitum fuisse. Quare communiter rejicitur  
illa historia ut figmentum à Schismaticis  
Laurentianis ad vitam Anastasij additum.  
Quod vel inde satis ostenditur; quia Aca-  
cius obijt tempore Felicis III. cui successit  
Gelafius, & Gelasio Anastasius, ut testatur  
Nicephorus lib. 16. cap. 12. & alij. Quo-

Nicephorus,

modo ergo potuit Anastasius de eo revo-  
cando tractare, qui jam obierat?

Obijcitur quartò cap. 10. ejusdem dist.  
19. quod sic se habet: *Propter totius indi-  
sciplinationis eius doctrinam, quæ Constantino-  
poli orta est, statutum est, ne Maximus fuisse  
aut esse iam putetur Episcopus; neque hi, qui ab  
eo sunt ordinati, qualemcumque gradum Cleri-  
catûs obtineant, omnibus scilicet, quæ circa eum  
vel ab eo gesta sunt, in irritum revocatis.* Res-  
pondeo: annotatio Gregoriana habet Ma-  
ximum illum non fuisse unquam Episco-  
pum, & probat ex Epistola Adriani Papæ  
ad Basilium Imperatorem. Quid ergo mi-  
rum, si ejus ordinationes decernantur irri-  
tæ?

Obijcitur Quintò cap. 24. 1. q. 7. ibi:  
Innocentij Papæ sententiâ constat declaratum,  
quòd Nezelon (quem constat ab hereticis ordi-  
natum) quia nihil habuit, nihil dare potuit ei,  
cui manus imposuit. Respondeo: Nezelon  
(ut notat Glossa ibi) ordinatus fuit ab hæ-  
reticis in Episcopum præter formam Eccle-  
siæ, & sic ordinem Episcopalem non rece-  
pit; adedque nihil dare potuit, non propter  
hæresim, sed defectu characteris Or-  
dinis.

Sextò 1. q. 13. cap. 69. ex Leone Epist.  
37. dicitur: *Manifestum est per crudelissimam,  
insanissimamque seviriã (scilicet Arianam)  
in Alexandrina sede omne caelestium Sacramen-  
torum lumen extinctum. Intercepta est sacrificij  
oblatio, defecit Chrimatis sanctificatio &c.* Et  
cap. 72. eadem Gregorius lib. 3. dial. cap.  
31. Eucharistiam ab Arianis Episcopi con-  
fectam vocat sacrilegam consecrationem.  
Superveniente (inquit) paschalis festivitatis die,  
impetente multis silentio ad eum persidius pater  
Arianam Episcopum misit, ut ex eius manu sa-  
crilega consecrationis communionem perciperet.

Respondeo, solùm illis iuribus signifi-  
ficari, hæreticos conficientes & admini-  
strantes Sacramenta extra necessitatem gra-  
vissimè peccare. Et ita intelligi quod dicit  
Pelagius c. Schisma 24. q. 1. *Non est Christi  
corpus, quod schismaticis conficit, si veritate  
duce dirigimur; quia videlicet schismatico  
est iudicium; præmiserat quippe: Quia spi-  
ritum non habent corporis Christi, sacrificium  
habere non possunt, ad sui & aliorum scienter  
cum ipsis communicantium utilitatem.*

Et ideo Joannis 20. antequam Christus  
daret potestatem Apostolis remittendi pec-  
cata, præmiserat dicens: *Accipite Spiritum San-  
ctum, quorum remisistis peccata &c.* non quia  
gratia Spiritus Sancti erat necessaria ad va-  
lorem Sacramenti; nam docet Concil. Tri-  
dent. sess. 14. cap. 6. *etiam Sacerdotes, qui  
peccato mortali tenentur, per virtutem Spiritus  
Sancti*

40.  
Objectio  
quarta ex  
cap. 10. dist.  
19.41.  
Objectio  
quinta ex  
cap. 24. q.  
7.42.  
Objectio  
sexta ex 1.  
q. 1. cap. 69.cap. 1. schi-  
ma 24. q. 1.

Joan. 20.

Trident.

Historia de  
Anastasio  
Pontifice  
divino nutu  
percussio  
conficta est  
à schismaticis  
Lauren-  
tianis.



Sancti in ordinatione collatam tanquam Christi ministros functionem remittendi peccata exercere, sed ne indignè ministrarent.

43. Sic igitur Sacramenta soli Ecclesie data sunt, quia sola vera Ecclesia rectè illis utitur. Attamen multa contra iura dantur intus & foris, nec tamen ideo vel nulla vel non data dicuntur: quin immò omnia Sacramenta cum obsint indignè tractantibus, profunt tamen per eos dignè sumentibus, inquit D. Aug. lib. 2. contra Epist. Parmeniani cap. 10. Qui totam hanc doctrinam tract.

Declaratur doctrina veris comparationibus à D. Aug. no.

8. in Joannem declarat similitudine aquæ transeuntis per lapideum canalem, in quo est non fructificet, eo quòd lapideus sit, tamen prodest areolis ad quas transit. Lib. 3. contra Creconium cap. 8. comparat malum ministrum agricolæ, cujus malicia non obest fructibus ab agro ferendis. Et lib. 3. de Baptismo contra Donatistas cap. 10. assimilat gratiam Sacramenti lumini solis super locum immundum. Atque hinc fit finis hujus controversiæ, quam fortassis plenius discussimus ac festinus quispiam lector desideret. Propero ad alia magis intricata, inter quæ primo loco occurrit intentio ministri.

44. Est autem intentio actus liber voluntatis ad aliquid agendum, distinguiturque ab attentione, quæ est actus intellectus considerantis ea, quæ homo agit. Porro intentionem ministri esse necessariam ad valorem Sacramentorum negant hæretici nostri temporis. Lutherus lib. de Captivitate Babylonica cap. de Baptismo sic ait: Non dubitem si quis in nomine Domini suscipiat, etiamsi impius minister non det in nomine Domini, verè baptizatum esse in nomine Domini, non enim in conferentis tantum, sed etiam in susipientis fide vel usu sita est virtus Baptismi. Et art. 12. inter damnatos à Leone X. Si Sacerdos (inquit) non serid, sed iocè absolvat, si tamen credat se esse absolutum, verisimè est absolutus.

Intentionem Ministri esse necessariam ad valorem Sacramentorum negat Lutherus.

Cui consonat Calvinus.

His consonat Calvinus in Antidoto Concil. Trident. sess. 7. can. 11. ubi sic ait: Quod enim de consecrandi intentione garrunt, à sophistis nullà ratione probabili sunt productum. Et infra: Ego verò sacrosanctæ institutioni Christi tantum desero, ut si Epicureus quispiam intus totam actionem subsamans, mihi cenam hanc Christi mandato, & secundum regulam ab eo datam, ritus legitimo admistraret, non dubitem panem & calicem illius manu porrectum, vera mihi esse Corporis & Sanguinis Christi pi-gnora. Contra hos hæreticos & eorum as-fectas tenenda est ut fide certa

CONCLUSIO III.

Ad valorem Sacramentorum requiritur in ministro intentio saltem faciendi quod facit Ecclesia.

Est definita in Concil. Florent. in decreto Unionis ab Eugenio IV. post ultimam sess. sub hac forma verborum: Hac omnia Sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tanquam materiâ, verbis tanquam formâ, & personâ ministris conferentis Sacramentum cum intentione faciendi quod facit Ecclesia: quorû si aliquid desit non perficitur Sacramentum. Et in Concilio Trident. sess. 7. can. 11. qui talis est: Si quis dixerit, in ministris dum Sacramenta conferunt non requiri intentionem, saltem faciendi quod facit Ecclesia, anathema sit. Idem docet sess. 14. c. 6. ibi: Atque ideo non debet penitens ad eò sibi de sua ipsius fide blandiri, ut, etiamsi nulla illi ad sit contritio, ut Sacerdoti animus serio agendi & vere absolvendi desit, putet tamen se propter suam solam fidem verè & coram Deo esse absolutum.

45. Conclusio est definita in Concilio Florent.

Et Tridentino.

Ratio à priori est voluntas Christi, qui voluit administrationem Sacramentorum esse actionem humanam, ad quam necessaria est intentio. Ita docet Scotus 4. dist. 6. q. 5. ubi n. 2. duplicem insinuat intentionem ministri, ibi: Dico ergo distinguendo de intentione quantum ad obiectum, respectu cuius dicitur intentio, quod minister potest dici intendere vel actum illum quem exercet, vel finem propter quem talis actus est exercendus. Et addit: Secundo magis propriè accipitur intentio, quia magis respicit finem propter quem intenditur.

Ratio à priori est voluntas Christi, ex Scoto.

Qui distinguit duplicem intentionem.

Hoc prænotato n. 3. Respondet ad questionem his verbis: Dico ergo, quod oportet ministrum habere intentionem primo modo, scilicet respectu actus, quem exercet: Cuius (inquit) ratio est: quia intentio requiritur in quocumque homine agente aliquid non fortuito, vel exercente aliquem actum humanum, propriè loquendo de actibus humanis, qui scilicet causantur per intellectum & voluntatem ab homine. Ille autem actus, quem minister debet exercere, debet esse humanus in eo, & non casualis vel fortuitus: est enim actus, ad quem Deus obligavit ministrum ex parte sui & susipientem ex parte sua, actus autem ad quem homo obligatur debet esse humanus, non casualis vel fortuitus, quia super fortuita non cadit obligatio: ipsa etiam obligatio est, ut homo intendat illud ad quod obligatur.

46.

Ita